

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio ao
cum fontibus primis

Quam
detestanda peruersitas
in monasterio ut ubi fiunt
diuites laboriosi sint pauperes delicati

Nec debent uelle omnes, quod paucos uident
amplius, non quia honorantur, sed quia
tolerantur, accipere, ne contingat
detestanda peruersitas,
ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt
diuites laboriosi, fiant pauperes delicati.

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia uel
praeceptum*, 3, 4 (L. Verheijen ed., p.422, ll.63-
67).

Audi et tu, charissime, beatum Augustinum.
«Non contingat, inquit,
detestanda perversitas,
et in monasterio (ubi quantum possunt, fiunt
diuites laboriosi) fiant pauperes delicati.»

qui in seculo pauperiores uixerant quam nunc in
claustro uiuant et nunc in monasterio querunt
que nec
foris habere non poterant. ←

Mentior ego si non uidi quorum
talīs paupertas erat, quando foris erant, quod
nec ipsa necessaria inuenire poterant,

→
erigentes ceruicem uoluerunt sociari hiis ad
quos foris accedere non audebant,

et qui ante conuersionem lectulum proprium
nusquam habebant, nunc si forte uoluntas eis
fuerit eundi alicubi ornamenta lectuli secum
portant.

[fons nondum repertus]

Mentior, si non uidi quosdam, quorum
paupertas talis erat, quando foris erant, quod
nec ipsa necessaria poterant inuenire.
Et quia invenerunt victum et tegumentum,
quale
foris inuenire non poterant,
erigentes cervicem, uoluerunt sociari eis, ad
quos foris accedere non audebant,
sed egressi de paupere Ecclesia circuierunt
ditiores, ut ibidem reciperentur, et qui semper
veteres pannos aut viles habere consueverant,
nunc semper novos aut pretiosos habere
contendant,
et qui ante conuersionem lectulum proprium
nusquam habebant, nunc si forte uoluntas eis
fuerit eundi aliquo, ornamenta lectuli secum
portant.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri*
quatuor, 2, 18 (PL 176, col.1071A-B).

Vidi et ego, nisi fallor, monachum
camisia uestitum iocantem et dicentem:
Carior est stamīna quam camisia, tunica uero
uestiri magna est difficultas. Sed forsitan
dices: Quoniam infirmus erat huius, immo
sanus et peculans et pingui residens equo,
habundans rebus et curias frequentans.
Qui tamen ante conuersionis habitum, pedes ire
consueuerat, nec semper lineis induebatur.

Vidi et ego, ni fallor, monachum
camisiam indutum, locantem et dicentem:
carior est stamīna, quam camisia; tunica uero
uestiri magna est difficultas. Sed forsitan
dices, quod infirmus fuit huiusmodi, imo
sanus et petulans, et pingui residens equo,
abundans rebus, et curias frequentans.
Qui tamen ante conuersionis habitum, pedes ire
consueuerat, nec semper lineis induebatur.

Hugo ibidem (libro de claustro anime et de
duodecim abusionibus).

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri*
quatuor, 2, 18 (PL 176, col.1072A-B).